

Bourges C 1 m (lat)

Dominis ac beatissimis viris inlustris et a Deo in sublimi honore positis necnon et omnibus sacerdotibus et omni gradu ecclaeiae costructis^a vel omnibus iure fiscis^b regentibus nos, etenim omnis congregatio sancti Petri, patroni vestro.

Unacum consensu civium nostrorum salutem in Domino perenissimam^c vobis mittere praesumpsimus. Deinde supplicamus^d excellentiae piaetatis^e vel bonitatis vestrae, ut hunc fidelem atque oboedientem^f beatissimi sancti Petri, **illum** in nomine dictum, pergentem ad sedem apostolicam pro absolvendis peccatis suis ob amorae^g caelestis patriae benigniter et gratuitu animum tam ad eundum quam^h et ad redeundumⁱ recipere iubeatis; et praecamur, ut, ubi et ubi, civitatibus, castellis, |¹ vicis vel monasteriis, vestra devenerit praesentia, pro nomine Domini nostri Iesu Christi, secundum quod vobis beneplacitum fuerit, alimonia vestra pro amoris caelestis patriae et reverentia patronis vestri, sancti Petri, ei largire vel consolare iubeatis, qualiter salvus atque inlesus iterum^j quod coepit, explicare mereatur; pro ipso qui dixit: „Qui² vos recepit, me recepit“; et pro ipso qui dixit: „Quamdiu³ fecisti uni ex minimis meis, mihi fecistis“. Ideoque, quasi genibus vestris provoluti, supplicamus^k effectum^l bonitatis vestrae, ut taliter nostra apud vos valeat depraecatio, qualiter ipsum ferente^m nobis delectet pro vestra stabilitate vel remissione peccatorum vestrorum ad sepulchrum sancti Petri misericordiam depraecari.

Valere vos optamus Patri et Filio, salvatore Christo, unacum Sancto Spiritu multis annorum curiculis.

^acostructis] für constructi Le₁; Zeu schlägt vor constitutis zu lesen

^bomnibus ... fiscis] für omni iure fisci Le₁; vgl. Bourges C (Le₁) 1 i: omnes iurae fiscis regentes

^cperenissimam] perennissimam emendiert Roz

^dsupplicamus] für supplicam Le₁; so auch Roz, Zeu

^epiaetatis] für piaetis Le₁; so auch Roz, Zeu

^foboedientem] obaedientem Roz

^gob amorae] für ab omorae Le₁; so auch Roz, Zeu

^heundum quam] für eum dumquam Le₁; so auch Zeu; eumdum quam ediert Roz

ⁱredeundum] für reduendum Le₁

^jiterum] = iter

^ksupplicamus] für supplicantur Le₁; Zeu schlägt vor supplicantur als supplicamur zu lesen

^leffectum] = affectum

^mferente] ferentem emendiert Zeu

¹[fol. 91^v]

²Mt 10,40

³Mt 25,40